

debere; sed cum, qui se patronum esse contendit. — § 1. Qui dolo dicit *actum aliquid*, licet in exceptione²¹, docere dolum admissum debet. — § 2. Interrogationis factae probationem actori imponi debere, id est, ei, qui in jure interrogatum dixit respondisse, *se solum heredem esse*: vel, i^{tacuiss^e dicatur interrogatus, æque tantundem erit dicendum, imositam improbationem, non ei, qui exceptit se non respondisse, sed actori.}

19. *Idem*, lib. 7 *Disputationum*.

In *exceptionibus*²² dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere; ipsumque exceptionem, velut intentionem, implere: ut puta si pacti convenit *exceptione* utatur, docere delbet pactum convenientum factum esse. — § 1. Cum quis promisisset *judicium se sisti*, et reipublica causa atfuisse dicat, et ob id non stetisse, vel dolo malo adversarii factum, quo minus sisteretur, vel valetudinem sibi impedimento fuisse, vel tempestatem: probare eum id oportet. — § 2. Sed et si procuratoria²³ quis exceptione utatur, *eo quod non licuisse adversario dare, vel fieri procurarem*: probare id oportet obiectum exceptionem. — § 3. Idem erit dicendum et si ea pecunia petatur, que pensata dicitur. — § 4. Hoc amplius, si judicata rei vel jurisurandi conditio delata dicatur de eo, quod nunc petitur, sive in alia gestum esse contendatur, eum implere probationes oportet.

20. JULIANUS, lib. 43 *Digestorum*.

Si quis liberum hominem vi rapuerit, in vinculis habuerit, is indignissime commodum possessoris consequeretur, quia probari non poterit, hominem eo tempore, quo primus lis ordinaretur, in libertate fuisse.

21. MARCIANUS, lib. 6 *Institutionum*.

Verius esse existimo, ipsum²⁴, qui agit, id est, legatarium, probare oportere, *scisse alienam rem, vel obligatam legare defunctum*: non heredem probare oportere, *ignorasse alienam vel obligatam*: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

22. ULPIANUS, lib. 1 *Responsorum*.

Eum, qui voluntatem mutatam²⁵ dicit, probare hoc debere.

23. MARCIANUS, lib. singulari, ad *Formulam hypothecariam*.

Ante omnia probandum est, quod inter agentem et debitorem convenit, ut pignori hypothecæ sit: sed et si hoc probet actor, illud quoque implere debet, rem pertinere ad debitorem eo²⁶ tempore, quo convenit de pignore; aut cuius voluntate hypotheca data sit.

24. MODESTINUS, lib. 4 *Regularum*.

Si chirographum cancellatum²⁷ fuerit, licet presumptione debitor liberasse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc ostenderit, recte debitor convenitur.

25. PAULUS, lib. 5 *Quæstionum*.

Cum de *indebito* queratur, quis probare debet non fuisse debitum? Res ita temperanda est: ut si quidem is, qui accepisse dicitur rem, vel pecuniam indebitam, hoc negaverit, et ipse, qui dedit, legitimis probationibus solutionem adprobaverit, sine ulli distinctione ipsum, qui negavit sese pecuniam accepisse, si vult audiri, compellendum esse ad probations præstandas, quod pecuniam debitum accepit: per etenim absurdum est, cum, qui ab initio negavit pecuniam suscepisse, postquam fuerit convictus eam accepisse, probationem non debiti ab adversario exigere: sin vero ab initio confiteatur quidem suscepisse pecunias, dicat autem non indebitas ei fuisse solutas, presumptionem videlicet pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat: *qui enim solvit, nunquam iuu resipinus est, ut facile suas pecunias jacet, et indebitas effundat*: et maxime si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est, et studiosus paterfamilias, cuius personam incredibile est in aliquo facile errasse: et ideo eum, qui dicit *indebitas solvisse*, compelli ad probations, quod per dolum accipientis, vel aliquam justam ignorantia causam indebitum ab eo solutum: et nisi [hoc] ostenderit, nullam eum repetitionem habere. — § 1. Sin autem is, qui indebitum queritur, vel pupillus²⁸, vel minor sit, vel mulier, vel forte vir quidem perfecta aëtatis, sed miles, vel agricultor, et forensium rerum expers, vel alias simpliciter gaudent, et desidia deditus: tunc eum, qui accepit pecunias, ostendere bene eas accepisse, et debitas ei fuisse solutas, et si non ostenderit, eas redhibere. — § 2. Sed hæc ita, si totam summam indebitum fuisse solutam is, qui dedit, contendat: sin autem pro parte queratur, quod pars pecunias soluta debita non est; vel quod ab initio quidem debitum fuit, sed vel dissoluta debita.

50. Lib. 1 *Responsorum FESTO* respondit.

Si ancilla fuit, ad libertatem perdactam non videri neque [per] fideicommissi²⁹ relicti sibi probationem, nec quod alimenta sunt ut nutrici præstata.

31. Lib. 2, MACTORIO SABINO.

Commemorationem in chirographo pecuniarum, quæ ex alia causa debere dicuntur, factam, vim obligationis non³⁰ habere⁴⁶.

27. L. 19, in pr. infr. h. t. — 28. L. 11, § 4; L. 19, supr. de interrog. in jure faciendo. — 29. L. 13, C. de reb. cred. — 30. L. 15, C. de non numerat. pecun. — 40. Arg. L. 1, 4, in fin. It. st. de legat. — 32. L. 3, supr. h. t.; L. 22, in fin. infr. de legat. 2. — 33. L. 5, supr. de conduct. it.; L. 15, § 1, supr. de pignorib. — 34. Add. L. 14, L. 15, C. de solution. — 35. L. 15, in fin. supr. de Publician. — 36. N. 75, c. 4. — 37. L. 34, § 4, supr. de jurejur. — 38. d. L. 34,

TIT. IV.

DE FIDE¹ INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE EORUM.1. PAULUS, lib. 2 *Sententiarum*.

Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui² potest: et ideo tam testimonia, quam personæ³ instrumentorum loco habentur.

2. *Idem*, lib. 5 *Sententiarum*.

Quicunque a fisco convenitur, non ex indice et exemplo alicujus scripturæ, sed ex authenticò convenientius est: ita si contractus fides possit ostendi: cælerum calumniosam scripturam vim in judicio obtinere non convenit.

3. *Idem*, lib. 5 *Responsorum respondit*.

Repetita quidem cautionem interponi non debuisse: sed falsi crimen, quantum ad eos, qui in hoc consenserunt, contractum non videri: cum inter presentes et convenientes res actitata sit: magisque debitor, quam creditor deliquerit.

4. GAIUS, lib. singul. de *Formula hypothecaria*.

In re hypothecæ nomine obligata ad rem non pertinet, quibus fit⁴ verbis: sicut est [et] in his obligationibus, quo consensu contrahuntur: et ideo [et] sine scriptura si convenient, ut hypothecæ sit, et probari⁵ poterit, res obligata erit, de qua convenient: sicut enim de his scripturæ, ut, quod actum est, per eas facilis probari possit: et sine his⁶ autem valet, quod actum est, si habeat probationem: sicut et nuptiæ⁷ sunt, licet testatio sine scriptis habita est.

5. CALLISTRATUS, lib. 2 *Questionum*.

Si res probata, sine literarum quoque consignatione, veritate factum suum præbeat, non ideo minus valebit, quod instrumentum nullum de ea intercessit⁸.

6. ULPIANUS, lib. 50, ad *Edictum*.

Si de tabulis testamenti deponendis agatur, et dubitetur cui eas deponi oportet: semper seniorum juniore, et amplioris honoris inferiore, et marem fœminæ, et ingenuum libertino præferemus.

TIT. V.

DE¹ TESTIBUS.1. ARCADIUS, qui et CHARISIUS, lib. singulari de *Testibus*.

Testimoniorum usus frequens ac necessarius est: et ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat. — § 1. Adhiberi quoque testes possunt, non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis litibus, sicuti res postulat: et hi, quibus non interdicuntur testimoniorum, nec ulla legi² a dicendo testimonio excusantur. — § 2. Quanguam quibusdam legibus amplissimum numerus testium definitus sit: tamen ex constitutionibus principiis hac licentia ad sufficiendum numerum testium coartatur, ut judices moderentur, et eum solum numerum testium, quem necessarium esse putaverint, evocari patientur: ne effrenata protestate ad vexandos homines superflua multitudine testium protrahatur.

2. MODESTINUS, lib. 8 *Regularum*.

In testimoniosis autem dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est: et ideo testes, qui adversus fidem suam testationis vacillant³, audiendi non sunt.

5. CALLISTRATUS, lib. 4 *Cognitionibus*.

Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cujusque; utrum quis decurio, an plebeius sit; et an honestæ, et inculpata vita⁴, an vero notatus quis, et reprehensibilis; an locuples, vel elegans sit, ut lucri causa quid facile admittat: vel an inimicus⁵ ei sit, adversus quem testimonium fert; vel amicus [ei] sit, pro quo testimonium dat: nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, a qua fertur, quod honesta⁶ sit; vel propter causam, quod neque lucri, neque gratiae⁷, neque inimicitiae causa sit: admittendus est. — § 4. Ideoque D. Hadrianus Vivio Varo legato

Tir. IV. — 4. Lib. 4, C. 21; N. 44 et 75. — 2. L. 10, § 2, in fin. supr. de edendo; L. 8, in pr. supr. famili. ericis; L. 34, infra de admin. et peric. tutor; L. 11, ult. infr. de suspect. tut; L. 5, in pr. infr. de jure delibera. — 3. d. L. 8, in pr. d. L. 34; L. 29, in fin. infr. de verb. agn. — 4. L. 4, supr. de pignorib. — 5. L. 17, C. de paet. — 6. Excip. L. 17, C. h. t. — 7. L. 9, C. de nupt. — 8. Excip. L. 1, C. de jure empheyle.

Tir. V. — 4. Lib. 4, C. 20; N. 50. — 2. Fac. L. 4, L. 5, infr. h. t. — 3. L. 16, infr. eod. — 17. L. 8, inf. de grad. et affin.; L. 4, infr. ad leg. Pompeii, de parvici. — 18. L. 55, in fin. supr. de sedil. edict. — 19. Vide tom. N. 50, c. 6, et N. Leon. 49. — 20. Fac. L. 60, infr. de re judic. — 21. L. 5, in fin. supr. h. t. — 22. L. 6, supr.; L. 24, infr.; L. 6, C. eod.

provinciæ Cilicia rescripti, eum, qui judicial, magis posse scire, quanta fides habenda sit testibus. Verba epistulae hæc sunt: *Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus: qui, et cuius dignitatis, et cuius estimationis sit: et qui simpliciter vidi sint dicere, utrum unum eundemque meditatum sermonem attulerint; an ad ea, quæ interrogaveras, ex tempore verisimilia responderint.* — § 2. Iusdæ quoque principis extat rescriptum ad Valerium Verum de exutienda fide testium, in hæc verba: *Quo⁸ argumenta ad quem modum probanda cunque rei sufficient, nullo certo modo sat's definiri potest: sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cujusque rei veritas deprehenditur: alias numerus testium, alias dignitas et auctoritas, alias veluti consensu fama confirmata rei, de qua queriur, fidem. Hoc ergo solum tibi describere possum summatum, non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere, sed ex sententia animi tui te estimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris.* — § 3. Idem divus Hadrianus Junio Rufino proconsuli Macedonia rescriptis, testibus se, non testimonii crediturum. Verba epistola ad hanc partem pertinentia hæc sunt: *Quod criminis objecerit apud me Alexander Apro: ei non probabat, nec testes producebant, sed testimonii uti volebat, quibus apud me locus non est: nam ipsos interrogare soleo: quem remisi ad provincie praesidem, ut is de fide testium quereret; et nisi implesset quod intenderat, relegaretur.* — § 4. Gabinius quoque maximo ideam principis in hac verba rescriptis: *Alia est auctoritas presentium testium, alia testimoniorum que recitari solent: tecum ergo delibera, ut, si retineres eos velis, des eis impensis.* — § 5. Lege Julia de vi cæterut, ne hac lege in reum testimoniū dicere licet, qui se ab eo, parente ejus libera erit: quive impuberes¹⁰ erunt: quique judicio publico damnatus erit, qui corum in integrum restitus non erit: quive in vinculis, custodiæ publica erit: quive ad bestias¹¹ ut depugnaret, se locaverit: queve palam quæstum faciet, fecerive: quive, ob testimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepisse judicatus vel convictus erit. Nam quidam propter reverentiam personarum, quidam propter lubricum consilii sui, alii vero propter notam et infamiam vite sue, admittendi non sunt ad testimonii fidem. — § 6. Testes non temere evocandi sunt per longum iter: et multo minus milites avocandi sunt a¹² signis vel munieribus, perhibendi testimoniorum causa: idque divus Hadrianus rescriptis. Sed et divi fratres rescriperunt, *Quod ad testes evocandos pertinet, diligenter judicantis est explorare, quæ consuetudo in ea provincia, in quam judicatur, fuerit: nam si probabitur, sepe in aliam civitatem testimonium dicere plerosque evocatos, non esse dubitandum quin evocandi sint, quos necessarios in ipsa cognitione deprehenderit qui judicat.*

4. PAULUS, lib. 2, ad legem Julianam et Papiam.

Lege Julia judiciorum publicorum¹³ cæterut, ne invito denuncietur, ut testimonium [litis] dicat adversus socerum, generum¹⁴, viricum, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrinatum, eosque qui priore gradu sint: item, ne libero ipsius, liberorum ejus, parentium, viri, uxoris: item patroni, patronæ: et ut ut patroni, patronæ adversus libertos, neque liberti¹⁵ adversus patronum cogantur testimonium dicere.

5. GAIUS, lib. 4, ad legem Julianam et Papiam.

In legibus, quibus excipitur, ne gener¹⁶, aut socer invitus testimonium dicere cogeretur, generi appellatione sponsum¹⁷ quoque filii conteri placet: item socii, sponsæ patrem.

6. LICINIUS RUFINUS, lib. 2 *Regularum*.

Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant.

7. MODESTINUS, lib. 5 *Regularum*.

Servi responso tunc credendum¹⁸ est¹⁹, cum alia probatio ad eruentem veritatem non est.

8. SCÆVOLA, lib. 4 *Regularum*.

Inviti testimonium dicere non coguntur senes, valetudinari²⁰, vel milites²¹, vel qui cum magistratu reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet.

9. PAULUS, lib. 4, ad Sabinum.

Testis²² idoneus pater filio, aut filius patri non est.

11. C. h. t.; L. 6, § 2, C. de appellat. — 10. L. 19, in fin. infr. h. t.; L. 20, in pr. infr. qui testamento facere. — 12. L. 45, supr. ex quib. caus. major. — 13. L. 10, in pr. infr. de gradib. et affin.: L. 2, in pr. infr. de accusat. — 14. L. 5, infr. h. t. — 15. L. 17, C. h. t. — 16. L. 4, supr. eod. — 17. L. 8, inf. de grad. et affin.; L. 4, infr. ad leg. Pompeii, de parvici. — 18. L. 55, in fin. supr. de sedil. edict. — 19. Vide tom. N. 50, c. 6, et N. Leon. 49. — 20. Fac. L. 60, infr. de re judic. — 21. L. 5, in fin. supr. h. t. — 22. L. 6, supr.; L. 24, infr.; L. 6, C. eod.

10. POMPONIUS, lib. 1, ad Sabinum.
Nullus idoneus testis in re²⁵ sua intelligitur.

11. Idem, lib. 33, ad Sabinum.
Ad fidem rei gestae faciendam etiam non rogatus testis intellegitur.

12. ULPIANUS, lib. 37, ad Edictum.
Ubi numerus testium non adjicitur, etiam duo sufficient : pluralis enim elocutio duorum²⁴ numero contenta est.

13. PAPINIANUS, lib. 4, de Adulteriis.
Quæsitum scio, an in publicis iudicis *calumniæ* *damnati* testimonium udicio publico perhibere possunt? Sed neque lego Remmii prohibent: et Julia lex de vi, et repetundarum, et peculatorum, eos homines testimonium dicere non vetterunt : verumtamen, *quod legibus omissum est*, non omitetur religione *judicantium* : ad quorum officium pertinet, ejus quoque testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, pendere.

14. Idem, lib. singul. de Adulteriis.
Scio quidem tractatum esse, an ad testamentum faciendum adhiberi possit *adulterii²⁵* *damnatus*? Et sane juste testimoniū officio ei interdictur. Existim ergo neque jure civili testamentum valere, ad quod hujusmodi testis processit; neque jure prætorio, quod jus civile subsequitur²⁶: ut neque hereditas adiri, neque honorum possessio dari possit.

15. PAULUS, lib. 5 Sententiarum.
Repetundarum²⁷ *damnatus*, nec ad testamentum, nec ad testimonium adhiberi potest. — § 4. *Hermaphrodius²⁸* an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit.

16. Idem, lib. 8 Sententiarum.
Qui falso vel varie testimonia dixerunt, vel utriusque parti prodiderunt, a judicibus competenter puniuntur.

17. ULPIANUS, lib. singul. Regularum.
Pater, et filius qui in potestate ejus est, item duo fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utriusque²⁹ in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

18. PAULUS, lib. 2, de Adulteriis.
Ex eo, quod prohibet lex Julia de adulteriis, testimonium dicere condemnatis³⁰ mulierem, colligitur, etiam *mulieres* testimonii in iudicio dicendi jus habere.

19. ULPIANUS, lib. 8, de officio Proconsulis.
In iuri testimonium non dicunt publicani: item is, qui non detrac-tandi testimonii causa aberit: item is, qui quid exercitui præbendum conduxerit. — § 1. Sed nec pupilli³¹ testimonium denunciari potest.

20. VENULEIUS, lib. 2, de Judiciis publicis.
In testimonium accusator citare non debet eum, qui iudicio publico reus erit, aut qui minor viginti annis erit.

21. ARCADIUS, qui et Charisius, lib. singul. de Testibus.

Ob carmen formosum³² *damnatus* *intestabilis³³* fit. — § 1. Illud quoque incunctabile est, ut, si res exigat, non tantum privati, sed etiam magistratus, si in presenti sint, testimonium dicant. Item senatus censuit, prætorem testimonium dare debere in iudicio adulterii causa. — § 2. Si ea rei conditio sit, ubi harenarium testem, vel similem personam admittere cogimur, sine tormentis testimonio ejus credendum non est. — § 3. Si testes omnes ejusdem honestatis et existimationis sint, et negotii qualitas ac judicis motus cum his concurrit, sequenda est: omnia testimonia: si vero ex his quidam [eorum] aliquid dixerint, licet impari numero, credendum est: sed quod naturæ negotii convenit, et quod inimicitiae aut gratiae suspicione caret: confirmabitque judex motum animi sui ex argumentis et testimoniis, et quæ rei aptiora, et vero proximiiora esse compererit: non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sincerum testimoniorum fidem, et testimonia quibus potius lux³⁴ veritatis adsistit.

22. VENULEIUS, lib. 2, de officio Proconsulis.

Curent magistratus cujusque loci, testari volentibus et se ipsos et alios

23. L. 10, C. eod. — 24. L. 217, in fin. inf. de verb. sign. — 25. L. 18, inf. h. t. — 26. L. 7, fin. supr. de justit. et iure; L. 11, supr. de praes. verb. — 27. L. 20, § 5, inf. qui testim. facere. — 28. L. 10, supr. de statu bonum. — 29. L. 22, in pr. inf. qui testim. facere, § 8. Inst. de testament. — 30. L. 20, § 6, mir. qui testim. facere; add. L. 14, supr. h. t. — 31. L. 5, § 5, supr. eod. — 32. L. 15, in fin. inf. qui testim. facere; L. 5, § 5, inf. de injur. — 33. L. 26, inf. qui testim. facere. — 34. L. 15, supr. de probat. — 35. L. 3, C. h. t. — 36. Excep.

testes vel signatores præbere: quo facilius negotia explicitur, et probatio rerum salva sit.

25. Idem, lib. 1, de Judiciis publicis.
Producit testis is non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.

24. PAULUS, lib. 5 Sententiarum.
Testes eos, quos accusator de domo³⁵ produxerit, interrogari non placuit³⁶.

26. ARCADIUS [qui et Charisius] lib. singul. de Testibus.
Mandatis cavelur, ut *præsides* attendant, ne *patroni* in *causa*, cui *patrocinium* *præstiterunt*, testimonium dicani: quod et in executoribus negotiorum observandum est.

TIT. VI.

DE JURIS¹ ET FACTI IGNORANTIA.

1. PAULUS, lib. 44, ad Edictum.

Ignorantia vel facti, vel juris est. — § 1. Nam si quis nesciat² decessisse eum, cuius honorum possessio defertur, non cedit ei tempus. Sed si sciat quidem defectum esse cognatum, nesciat autem proximitatis nomine honorum possessionem sibi deferri; aut se sciat scriptum heredem, nesciat autem quod scriptis³ heredibus honorum possessione mprætor promittit: cedit⁴ ei tempus, quia in jure errat. Idem est, si frater consanguineus defuncti credit matrem potiorem esse⁵. — § 2. Si quis nesciat se cognatum esse, interdum in jure, interdum in facto errat: nam, si et liberum se esse et ex quibus natus sit sciat, jura autem cognationis habere [se] nesciat, in jure errat. At si [quis] forte expositus quorum parentium esset ignorat, fortasse et servias alicui putans se servum esse, in facto magis quam in jure errat. — § 3. Item si quis sciat quidem ali delatam esse honorum possessionem, nesciat autem ei tempus præterisse honorum possessionis, in facto errat. Idem est, si putet eum honorum possessionem acceperisse. Sed si sciat eum non petisse, tempeste ei præterisse, ignorat autem sibi ex successorio capite competere honorum possessionem, cedet ei tempus, quia in jure errat. — § 4. Idem dicimus, si ex asse heres institutus non potet se honorum possessionem petere posse ante apertas tabulas: quod si nesciat esse tabulas, in facto errat.

2. NERATIUS, lib. 5 Membranarum.

In omni parte error in jure non eodem⁶ loco, quo facti ignorantia, haberi debebit: cum junctum et possit esse, et debeat; facti interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallat.

3. POMPONIUS, lib. 3, ad Sabinum.

Plurimum interest, utrum quis de alterius⁷ causa et facto non sciret, an de jure suo ignorat. — § 1. Sed Cassius *ignorantiam* Sabinum ita accipiendam existimasse refert, non deperdit et nimium securis⁸ hominis.

4. Idem, lib. 43, ad Sabinum.
Juris ignorantiam in usucapione negatur⁹ prodesse: facti vero ignorantiam prodesse constat.

5. TERENTIUS CLEMENS, lib. 2, ad legem Julianam et Papiam.

Iniquissimum videtur, cuiquam scientiam alterius quam suam nocere: vel ignorantiam alterius alii profuturam.

6. ULPIANUS, lib. 48, ad legem Julianam et Papiam.

Nec supina¹⁰ ignorantia ferenda est factum ignorantis: ut nec scrupulosa¹¹ inquisitio exigenda: scientia enim hoc modo astimanda est, ut neque negligientia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur.

7. PAPINIANUS, lib. 19 Questionum.

Juris¹² ignorantia non prodest adquirere voluntibus, suum vero pe-tentibus non nocet.

8. Idem, lib. 4 Definitionum.

Error facti ne maribus quidem in damnis vel compendiis obest: juris

Tr. VI. — 1. Lib. 1, C. 18 — 2. L. 8, C. qui admitti ad honor. possess. — 3. L. 2, § 4, infr. de honor. possess. secund. tabul. — 4. L. 10, infr. de honor. possess. — 5. L. 4, C. ad SC. Tertull. § 3, Inst. cod. mutat. L. ult. in pr. C. eod.; N. 22, c. 47, in fin. N. 118, c. 2 — 6. L. 29, § 1, supr. mandati. — 7. L. ult. in fin. inf. pro suo. — 8. L. 6, inf. h. t. — 9. L. 31, in pr. inf. de usurp. et usucap. — 10. L. 4, inf. quod vi aut elem. — 11. Immo vide L. 3, § 2, supr. de in rem vers. — 12. L. 5, in pr. inf. de usurp. et usucap.

autem error nec¹³ scemini in compendiis¹⁴ prodest: ceterum omnibus juris error in damnis amittendæ rei sue non nocet.

9. PAULUS, lib. singul. de juris, et facti Ignorantia.

Regula est, *juris¹⁵* quidem ignorantiam cuique nocere, facti vero ignorantiam non nocere. Videamus igitur in quibus speciebus locum habere possit: ante premiso, quod minoribus¹⁶ vigintiquinque annis [ijs] ignorare permisum est: quod et [in] scemini¹⁷ in quibusdam causis propter sexus infirmitatem dicitur: et ide sic ibi non est delictum, sed juris ignorantia, non leduntur. Hac ratione, si minor vigintiquinque annis filiofamilias¹⁸ crediderit, subvenire ei, ut non videat filiofamilias credidisse. — § 1. Si filiusfamilias miles a commilitone heres institutus, nesciat sibi etiam sine patre licere adire, per constitutiones principales quis ignorare potest: et ideo ei dies additionis non cedit. — § 2. Sed facti ignorantia ita demum cuique non nocet, si non ei summa negligencia obiciatur: quid enim, si omnes in civitate sciant, quod ille solus¹⁹ ignorat? Et recte Labeo definit, scientiam neque curiosissimam, neque negligenter hominiis accipiendo: verum ejus qui cam rem diligenter inquiringo nota habere possit. — § 3. Sed *juris ignorantiam* non prodesse, Labeo ita accipiendo existimat, si jurisconsulti²⁰ copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit: ut, cui facile sit scire, ei detimento sit juris ignorantia: quod raro accipiendo est. — § 4. Qui ignoravit dominum esse rei venditorem, plus in re²¹ est, quam in existimatione mentis; et ideo tametsi existimet, se non a domino emere, tamen, si a domino ei tradatur, dominus efficitur. — § 5. Si quis jus ignorans, lege²² Falcidia usus non sit, nocere ei dicit epistula divi Pii. Sed et imperatores Severus et Antoninus in hac verba prescrivunt: *Quod ex cause fideicommissi indebitum datum est, si non per errorem²³ solutum est, repeti non potest: quamobrem Caglianii heredes, qui, cum ex testamento ejus pecuniam ad opus aqueductus reipublice Ciriensis relictam solverint, non solum cautiones non exegerunt, quae interponi solent, ut quod amplius cepissent municipales, quam per legem Falcidiu[m] licuisse, reddenter: verum etiam si pulali sunt, ne ea summa in alios usus converteretur, et scientes prudenterque passi sunt eam pecuniam in opus aqueductus impendi: frustria postulant reddi sibi a republica Ciriensis, quasi plus debito dederint: cum sit utrumque iniquum, pecuniam, quæ ad opus aqueductus data est, repeti, et rempublicam ex corpore patrimonii sui impendere, [et] in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam representet. Quod si ideo repetitionem ejus pecuniam habere credunt, quod imperita lapsi legis Falcidio beneficio usi non sunt: sciunt, ignorantiam faci, non juris prodesse: nec stultis sole recurri, sed errantibus. Et licet municipio mentio in hac epistula sit, tamen et in qualibet persona idem observabitur. Sed nec, quod in opere aqueductus relicta esse pecunia proponitur, in hunc solum casum cessare repetitionem: non idem dicendum est: nam initium constitutionis generale est: demonstrat enim, si non per errorem solum sit fideicommissum quod indebitum fuit, non posse repeti. Item et illa pars regule generalis est, ut qui juris ignorantia legis Falcidio beneficio usi non sunt²⁴, nec possint repetere: ut secundum hoc possit dici, etiam si pecunia, quæ per fideicommissum relicta est, quaque soluta est, non ad aliquid faciendum relicta sit, et licet consumpta non sit, sed existet apud eum cui soluta est, cessare repetitionem.*

10. PAULUS, lib. 33, ad Edictum.

Quesum est apud Julianum, an sponsalia sint, ante duodecimum annum si fuerint nuptiæ collate? Et semper Labonis¹ sententiam probavi, existimantis, si quidem præcesserint sponsalia, durare ea, quamvis in domo loco nuptæ esse coepit: si vero non præcesserint, hoc ipso quod in domum deductæ est, non videri sponsalia facta: quam sententiam Papinianus quoque probat.

11. IDEM, lib. 3 Disputationum.

In potestate manente fili, pater sponso nuncium remittere potest⁸, et sponsalia dissolvere: enimvero si emancipata est, non potest neque nuncium remittere, neque quæ dotis causa data sunt condicere: ipsa enim filia nubendo efficit dotem esse, conditionemque extinguit, quæ causa non secura, nasci poterit: nisi forte quis proponat, ita dotem patrem præempta filia dedisse, ut si nuptiis non consentire[vel contractis, vel non contractis], repeteret, quæ dederat: tunc enim habebit repetitionem.

12. JULIANUS, lib. 16 Digestorum.

Sponsalia, sicut nuptiæ, consensus contrahentium fiant: et ideo, si cut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamilias⁹ consentire oportet.

13. ULPIANUS, lib. singul. de Sponsalibus.

Sed, qua patria voluntari non repugnat, *consentire* intellegitur. — § 1. Tunc autem solum dissentienti a patre licentia filia conceditur, si indignum moribus, vel turpem sponsum ei pater eligat.

14. PAULUS, lib. 5, ad Edictum.

Filiofamilias dissentiente, sponsalia nomine ejus fieri non possunt.

15. MODESTINUS, lib. 4 Differentiarum.

In sponsalibus contrahendis etas contrahentium definita non est, ut in matrimonio: quapropter [et] a primordiis atatis sponsalia effici possunt; si modo id fieri ab utraque persona intellegatur, id est, si non sint minores, quam septem¹⁰ annis.

16. ULPIANUS, lib. singul. de enucleatis Casibus.

Tutor factam pupillam suam nec ipse uxorem ducre, nec filio suo in matrimonio adjungere potest¹¹: scias tamen, quod de nuptiis tractamus, et ad¹² sponsalia pertinent.

17. ULPIANUS, lib. 5, ad legem Julianam et Papiam.

Oratio imperatorum Antonini et Commodi, que quadam nuptiis in personam senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est: recte ta-

hered, — 22. L. 9, C. ad leg. Falcid. — 23. L. 7, C. de conduct. indeb. — 24. d. L. 9.

— 4. Add. L. 9, C. de nupt. — 5. L. 2, inf. de ritu nupt. — 6. Add. L. 16, in fin. inf. d. t.

— 7. L. 32, § 27, inf. de donat. inter vir. et uxor. — 8. L. 2, in fin. inf. de divor. — 9. L. 7, in fin. supr. h. t. — 10. N. Leon. 109, — 11. L. 59, inf. de rito nupt. et tit. C. de interdict. matrim. inter pupill. et tut.; vide tamen L. 36, inf. de rito nupt. — 12. L. 60, § 5,

inf. quis ordo in posses. — 21. § 11, inst. de legal.; immo vide L. 18, inf. de acquir. vel omitti.

LIBER VICESIMUSTERTIUS.

TIT. I.

DE¹ SPONSALIBUS.